NICOLAUS DE LYRA
Salzburg/Bayern, um 1450 Seite 156r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8378
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



ad castra cum dr et reuersus est
moyses de mandato domini ut
patet p predicta portans duas
tabulas quas sibi dominus tradi
dat ut patet ex fine precedentis
capli scriptas ex utraque parte dicit
Ra. sa. quod vnica scriptura erat ibi
que tamen erat legibilis in dicentis
ex vna parte sicut et altera quod erat
valde mirabile quia lra ex v
na parte figurata modo opposito
vel pot dici absque tali miracu
lo quod lre erant duplices ita quod
precepta erant sculpta ex vna par
te et sic ex altera vnde subdr
scriptura quoque dei scripta in
tabulis. secundum Aug. in vna ta
bula erant enim tria precepta pri
me tabule quia ordinant hominem
ad deum In alia tabula erant
alia septem quia ordinant ad
proximum ideo dicuntur precepta secunde
tabule secundum Ra. sa. et doctores
hebraicos scripta in vna tabu
la et quinque in alia Aliter tamen
distinguit precepta quam aug.
ut dictum est supra. xx. capo. vt
autem ista melius intelligantur
expressi hec in figura et figura
tabularum secundum doctores katho
licos.

figura tabularum secundum doctores
hebreorum.

Audiens autem hic continetur ponitur
pcti cognicio per consensum auditus
cum dicitur vlulatus pugne au
ditur in castris ex hoc patet quod
Josue non fuerat ibi sed reman
serat iuxta montem expectans
moysen ut dictum est supra. xxiiii.
capo. voce cantancium ego au
dio hoc autem melius cognouit
quam Josue tum propter viuacitatem
sensus quia cum esset centum vi
ginti annorum ut dr de ut. vltio
non caligauit oculus eius etc et
illud intelligitur de aliis sensibus,
tum quia ydolatria populi erat sibi re
uelata Ideo potuit melius cogno
scere clamorem ydolatrancium quam
describitur cognicio per visum cum
dicitur vidit vitulum et choros
iratus valde quia magis mouet
animum visa quam audita et ideo
licet fuisset iratus ex auditu